

Andreas Dubitius Johanni Pratorii S.

De Cometarum
significatione.
309/

Quidvis, vir clarissime, quid de Cometarum significatione senti-
am; invidiosa magis quam difficilis responsio est in tanta
opinionum varietate, quibus docti homines in diversas partes dy-
trahunt. Huc accedit, quod si quis non levibus rationibus, et quod
rationes in rebus praesertim particularibus sensu atque observatione
constantibus superat, experientia adductus, à communi popula-
ris opinione sibi discedendum censeat, is à superstitiosis homi-
nibus aut saltem plus aequo ob causarum ignorationem metica-
tosis in horrendum gravissimumque crinem impietatis vocatur,
quorum videtur superstitio veteri illi Romanae similis, quae
Cometen in deorum numerum relatum in templo Romae
coluit. Quare equidem tacere constitueram, et tuam potius
sententiam exquirere, ad quam meam adangerem, non n-
parum mihi cognita est pietas, atque in omni doctrina in-
genii iudicii, tui praestantia. Sed quoniam iterum abs-
te urgeor, ab alijs etiam saepius, dicendum est aliquid, ut
facilius sententia tua eliciatur. Et si non sum nescioquam
varia, quam pugnantem de Cometis veterum philosophorum
sententia fuerint, ut nondum ex abdita illa natura obscu-
ritate plane evolvi ejus vis ac natura potuerit, nos
tamen communem, quae eadem Aristotelis quae fuit, et qui Aristotelis sen-
tentia.
eum Magistrum sequuntur, opinionem hoc loco retinuerim,
quam nihilominus ut non per omnia sibi exquisitè consta-
re putem, haud levibus conjecturis impellor, et sane haec tota
de Meteoris disputatio, si qua in physicis alia, non satis habet
firmitatis. Quod idem ille summus naturae indagator Arist.
ingenue innuit, dum scribit: *Εἰς οἷς μὲν ἄπορρον*,
ταὺς δὲ ἐφαπτόμενὰς τῆς γῆς ὑπόρρον. Porro de Cometa-
rum si secus quam multi illo haud paulo inferiores faciunt,
generatione contra Aristotelem nuper disseruit Marcellus
Squarcialupus doctus et acutus Philosophus et Medicus. De essen-
tia verò eorundem certi quid constitui equidem vix posse ar-
bitror, viri certe docti, quos nostra aetas tulit, etiam ii, qui
plus quam ego fieri oportere contendo, Cometis tribuunt, quid

omnino Cometa, vel ut Cicero vocat, stella crinita vel cincinnata
sit, nondum scilicet statuere possunt. Johannes Prætorius noster, No-
bergensis Reipubl. Mathematicus et doctrina et pietate singulari,
quo ego in Mathematicis magistro domi meæ aliquot annos
fui, halitus est terra visceribus elatos esse, cum alij affirmat, verum
an auendant, et ardeant, id vero est, quod imprimis dubitat. In
quo Appianum celeberrimum Mathematicum seculi est. sic n. scribit.
De materia hujus Cometæ non ambigimus, quin fuerit moles vapo-
rum terrestrium. Sed an halitus isti accensi fuerint, ne item Appianus
dubitare facit. Nam dum radios cometarum diligenter observasset
et deprehendisset eos solis ex adverso semper positos esse, non dubi-
tavit affirmare, non omnes Cometæ accensos esse, sed quosdam
esse exhalationem subtilem, non inflammatam. Sed lucentem à lumi-
ne solis, cuiusmodi existimat omnes eos fuisse, quos ipse observa-
vit. Hæc ipsius opinio si vera est, quemadmodum probabilis esse
videtur, equidem ausim affirmare, hunc quæque vaporem ap-
pelle illuminatum fuisse potius quam inflammatum. Nam et comæ
à sole aversa erat, et lumen ipsam illuminationi similis
quam incendiis. Hæc Prætorius. Ne Paulus quidem Fabricius
Philosophus et Medicus ac Cæsares Mathematicis episcopia doctrina
ac bonitate, atque in hac disciplina longo usu exultis, Peripa-
teticorum sententiam, quam supra attigi, prorsus probare vi-
detur. Nam Senecam sepi navat, quem ait, affirmare
Cometam esse stellam, initio à deo cum alijs conditam, quem
ille ut suam declaret potentiam, suo tempore velut præ-
nuncians signum aliquod ostendat. Hieronymus Cardanus
varia doctrina et mirifico ingenio præditus vir, Mathe-
maticus item celeberrimus, Cometam globum facit in celo,
qui à sole illuminatus videtur, et dum radii transeunt,
barba aut cauda effigiem formari. Hic igitur, inquit,
in celo, si ibi est generatio, fieri potest. Si non admittat,
dicere necesse est, quod et verius est, coelum esse sideribus
pluribus sed non admodum densis plenum, quod cum aer
successit, et attenuatur, vel etiam alijs ex causis oculis
nostris se subijcit. Nam quandoque et vix media dividit
quam

quam de novo genitam non esse satis constat. Idem sardany paulo
supra hunc locum, postquam scienter demonstrasset, quam alte
vapores attolli possint, sic concludit: Satis constat locum, qui
à Mediolani incola videri debet sub huius mali circulo, à terra
distare plus quam decies altitudo vaporum pertingat. Sed
ibi Cometa videntur à nobis. Igitur non fiunt ex vaporibus, sed
nec supra in aethere, cum ibi non sit materia, quae accendi
possit. Iussit vir ille doctissimus alia quoque huc pertinentia. At
haec quidem hi tres prestantissimi aetatis nostri Mathematici
de Cometa scribunt, ut alias multos praeteream. Vete-
rum varietates opinionum quis enumeret? Pythagorae et
ex Plutarcho Stobaei collectanea habent, partim stellas fa-
ciunt Cometas, quae non semper, sed certo temporis ambitu
appareant, partim visus nostros in solem speculi more re-
flexos. Anaxagoras ac Democritus duarum vel plurium
stellarum cursum, quemadmodum speculis aliquot inter se oppo-
sitis, nonnunquam aliquid stellae simile elucet. Aristoteles
ex halationis arida igneam congeriem, et Cometas quidem
cum illa validius incensa, diutius durat, stella quidem in-
fra apparente, coma à supra fulgente; barbatae autem
cum contra stella quidem supra appareat, coma autem
infra barba more. Strabo dicebat stella lumen esse den-
sa nube circumdatum, quemadmodum ferè in hiernis
apparere soleat. Heraclitus Ponticus nubem sublimem
sublimi lumine illustratam, ac similem reddit caecam
barbatarum, trabium, columnarum et similium, ut o-
mnes ferè Peripatetici nubium videlicet figuras. Epigenes
credebat spiritum terreum incensum ac sublatum.
Boethius aëris incensi visum. Chaldaei sentiunt alias quoque
stellas esse proter planetas, quae aliquandiu quidem la-
teant, quoniam longè sint à nobis remotae, nonnunquam
autem inferius delatae appareant, ita re exigente, eas
verò Cometas ab iis vocari, qui nesciant ipsas quoque stellas
esse, evanescere autem videri, cum in suam regionem

in aetheris profundum veluti pisces in maris fundum referantur. Alii terrea quoddam venti vel turbine in aërem ferri existimaverunt, ibique inuenta et in aetheris vertiginem illam cum universo de tempore aliquod circumferri, donec igne consumpto evanescant. Metrodory elici simillas violenta solis in nubem impressione; Xenophanes omnia id genus, compactum aliquid aut notum esse nubium ignitarum. Vides mihi Crato, quam variegata, quam chitessa summi Viri de Cometis philosophati sint. Non commemoro omnia, petat qui velit ex Aristotele, qui aliorum sententias fastidit, ex Aristotele qui et Aristotelis et aliorum item opiniones recitat, ut ex Caertio, ex aliis multis: Mibi sane in tanta obscuritate, et multiplici opinionum varietate, cum res ipsa ignota etiamnum sit, non videtur vero esse simile ut certi quidquam divinari, aut praedici possint. Quae hoc affirmo, etiam si constaret, quid cometa sit, quam materiam quam naturam habeat, non posse tamen ex ejus lumine vel boni quidquam vel mali praenunciari. Id quod non ita multo post ostendemus.

Qui Cometam propterea in caelo accendi dicunt, ut sint magis calamitatum, quae nobis impendeant, praenuncia quoddam, adeo causa efficiens, eventus varios, et rerum demonstrationes poetarum atque Historiarum et sacrarum quoque litterarum in medium afferunt. Sunt etiam qui Cometae quibusdam suis pugnat ex naturalibus, si Isis placet, Philosophiae et Medicinae petitis, atque ibi quidem Vicari non ignobilis poeta versificator non terreat, qui vocat, finem timendi sideris. Et tunc mutantem regna Cometa. Hinc Claudianus magis quam caelo spectatae impare Cometae affirmandi. Adducunt etiam etiam Poetarum Euphem, qui Julii Caesaris necem praeter alia prodigia a Cometa quoque notatam fuisse innuere videatur. Non alius caelo ceciderunt. plura ferunt Valgura, nec diris toties urere cometae. Dionysius Pontanus ~~etiam~~ quoque eodem, quoque caelo.

ueteri Poeta spiritus affatus, vir aequus eximius
in omni elegandi doctrina, in huius modo cecinit.

Ventorum quoque certa dabunt tibi signa Cometae,
Illi etiam Belli motus, ferag arma puinant.

Magorum et clades populorum et facra regum.

Et quae ibi plura dicunt. Nec labet sic alia testimonia
recitare, et non necessariis tum carminum tum historiarum
exemplis epistolam implere. Ovia sunt passim res
tibi, ut alia super genera omnia non probe cognita.
Oportet primum quidem miror eos ad experientiam confugere,
quae et per se laboriosa est admodum, et nisi fallor in
his quoque causa per se tota ab adversaria parte stat
proposita multo plura et veniora, ne dicam, oia
testimonia dicunt. At eventus per se, praedictiones
eorum comprobant. Innumera bilia commemorare
possunt, quo aut nullo saluerunt ejusmodi exitu
quales illi denuntiabant, aut prorsus contrariis, quamvis
his recte illud dici potest, quod Cicero sic ad modum
scribit. Quis est, qui totum diem iucundus, non aliquando
collinet? Totas noctes dormiens, neque ulla fere est, quae
non somnietur, et miramur aliquando id, quod somnietur
evadere? Quid divinatione ex avium volata, ne super
stitiosa alia multa divinationum genera ex-
numeremus? Quid extispitio variis? Quid iusculis
magis fingi potuit, et tamen saepe ea eveniunt
quae ex vanissimis illi imperitis multitudinis delu-
sionibus praedicta sunt. Non parvis certe omnibus
temporibus Cometae auferunt, sine bellis, sine pesti-
lencia, sine ullis regum funeribus. Contra vero tum
anteacta secula jam inde ab orbe condito, tum pa-
trium nostrorum et huius aetatis, funestas clades multas
et continentia bella atque humano manantes sangui-
ne vivos vidit, latentibus tamen interea, nec sepe
unquam in conspectum proferentibus Cometis. Huius
mibi venit in mentem. Julius Caesaris Caligera, cuius
tu libros mirificis in coelum laudibus tollis. Existi-
mare, inquit, a Cometa Regem interfici, ridicule
dementem

est: tanto magis everti provinciam. Multi sunt à nobis Cometa visi, quos
nulla unquam tota in Europa subsequuta è mortalium perniciem.
Et multi clarissimi viri suis facti functi sunt, multi everti principa-
tus, Jesum dato familia illustrißsima sine Cometa indicio. Hoc
ille. Sed quarendum ab istis rariolis est, memorabilem illam
à Thucydide descriptam pestilentiam, tum ab Hippocrate et
Aliam, item à Galeno et aliis alias, et quam Boccacius item
luculenter depingit, tum alias multas variis in locis, cruce
ceteris in omni animantium generas grassantes pestes, ac qua-
tuor abhinc annis Lithuanicam illam, et Polonicam, et Turci-
cam et Pannonicam et Germanicam quoque qui praevensori-
res cometa denuntiaverint? Multas certe eas populosissi-
mas provincias et olim saepe, et per hos annos continuè sava
pestilentia lues nullo ardente cometa exhausta ac depopu-
lata è. Reges, principes, summi viri multi, sic reliquum
genus omne ut antea semper, ita hoc tempore, et impo-
sterum quoque una pulcherrima hac mundi machina ste-
lit, sive aliquis flagret Cometa, sive nullus appareat,
perpetuo tamen, fatalis naturae lege, in dies, in horas nas-
centur et interibunt. Neg' hic praepotentiam Regum, quam
de plebe cuiusvis aut melior aut deterior esse condicio potest.

Pallida mors aequo pede pulsat pauperum tabernas
Regumq; turres. Stat sua cuiq; dies,

et ea lege omnes nati sumus, ut cum vitae finis adest, na-
tura vel invitum vel volentes, concedere necesse habeamus. Quae
cum à me dicuntur, satis, quoniam, apparet, ut nulla vis mihi
admoveatur, omnia adversariorum tela, hoc exemplorum quasi
clypeo quodam objecto, ita excipi ut irrita ictu sua sponte deci-
dant, vel potius in ipsos infestos, atq; invadentes se, repellant.

Itaq; hunc istum Cometen, qui non ita pridem flagrare desit,
et tam prodigiosus decernitur longe alius ut equidem spero even-
tus consequetur, quam vulgo intimi isti Dei et naturae consiliani
inflatibus buccis tanquam et è tripode vaticinantur. Quod si quo
tamen casu, bella aliqua, si pestis, si denique alia mala (quae beni-
gne

391
que Deus avertat) exoriantur quis e vita communis rerum, be-
manarum tam insplens atq; ignarus? quis consiliorum actio-
tam parum acutus asinator, qui vel levissima audicione accepe-
rit ea, quae ubiq; fere gentium agitantur, ut ea ad cometa potius
crines, aut barbam aut caudam, atq; adeo ad remotas illas cale-
stes universales, quam ad proximas praesentes causas referendas esse
pertinaciter adhuc contendat? nisi eorum etiam bellorum pestilentia
aliarumq; calamitatum cometa esse causam temere et sine ulla
ratione neget, quae calamitates multo ante humanum genus af-
fluxerunt misere, quam ullus in caelo cometes existeret aut
ulla adhuc materia, vi siderum, ut loquuntur, in sublimi haustaq;
ferret. Ne longe abieris, Veneta certe, (in qua una nocte supra
centum hominum millia absunta dicantur) aliarumq; Italiae Ger-
maniae, Graeciae, Sarmatiae Thraciae nobilium ante Cometam
exorta pestilentia, et ut multis jam locis deflevit, ita aliis quib; vi-
ris contagione civitatib; communicavit. Itaq; durat hodie pestin-
as, nisi Deus eam removerit, causaq; quib; haec lues atq; sublatas fu-
erint, durabit diutius, vicinasq; populos immaniter ~~ne~~ facit. Vides
me minus curiose vetera conquirere. Nam si id faciam, quis finis
in tanta exemplorum copia reperiat? Ea igitur tantum quae offi-
cuntis intuemur, Arctum attingam. Bellum Gallicum luctuosu-
illud sane, et miserabile, tum o mirum cruentu Belgium, jam
aliquot ante Cometam annis nobilissimas, illas opulentissimasq;
nationes afflixit, necq; jam extinxit; necdum adhuc debellatu-
est. Cyprum, Coletum, Tinctum, nullo tanta mala prae-
nente Cometa o ita pridem amissum. Hungaria jam pride-
miserandum in modum vastata, ac prope jam deleta e, Padu-
eta certe in extremum discrimen. Ironiam, prope omnem
Proximam, idq; ante Cometam exortum, Mosiz occupavit: nunc
reliquias pfect. Bellum Varicum, Danicum his anis nuper
etiam Transilvanicum et ter inter hoc bienniu repetitas
in Sarmatiam Scytharum excursions, depopulationes,
vastationes, caedes ab iis illatas, et multa alia foeda nefas-
q; atrociter ab iis patrata, Alurimorum oppidorum, te-
gorum, villarumq; excursions, quis amabo te, Cometes ante
cessit?

cessit? Abacta à feris istis & jam hominibus sed belluis, equorum
et aliarum secundum incredibilem multitudinem puerorum vero et pu-
ellarum atque omnis ætatis et ordinis miserabilium hominum ad tre-
centa milia ut fama loquitur in horribilem foedamque Turcarum
servitutem adducta sunt. Sive ad cavenda, sive ad depellenda, live
etiam deprecanda hæc tanta mala, quæ præsignificare diu Cometes
in coelo fulget, digna sane fuerunt hæc quam leviter attingi tan-
tum, tam memorabilis calamitas, quam ulla aliquis Cometes nobis
præmonstraret. Quis fuit motus vel major vel memorabilior,
quod bellum tetris illis, quod paucis abhinc annis in Hungaria
gestum est? Cum Solymanus Ottomanorum Rex potentissimus,
quingentis hominum milibus Patrimonium complerisset? Nuni-
ssima illa & solum harum regionum, sed unius etiam Christi-
ani orbis propugnacula Iuliam et Sigetum capta et exusta sunt,
fortissimis propugnatoribus ad interfectionem trucidatis, oppi-
dis vicibus incensis et everfis, abacta secundum morem, in foedi-
ssimam servitutem adolescentulorum, Virginum, aliorumque om-
nis ætatis, omnis ordinis multitudine infelicium mortalium infi-
nita. Pone tibi ante oculos, quæ tum fuerit per Germaniam,
Galliam, Italiam, alias provincias armatorum hominum eorum,
Satis, cum Principes ad tuendos, non jam Hungaria fines
tantum, sed reliquum orbem Christianum (quem ille jampe
devoraverat, ac nisi admirabili Dei providentia sublati fuisset
sed nolo graviora ominari) magno studio se comparantibus
undique maxime Suevi, cum subsidario milite, ad Divum Maxi-
milianum Cæsarem confluit. Hos tamen tantos tumultus,
hos tantos motus, hoc tam memorabile bellum, tam magnas
illas strages et vastitatem, ipsam denique formidabilis Chri-
stianis populis Tyranni mortem, quis rerum humanarum
bellorum item, et vitæ necisque Regum dispensator, auctor
et prænuntius Cometes portendit? Mortuus est non multo
post Cypri everfor ac triumphator Solimani filius et suc-
cessor, is qui à nostris ad Chiniadas navali pugna memorabili
nullo ante exorto Cometa, gloriose superatus est, mortuus item
Sigismundus Augustus Sarmatarum Rex potentissimus, cum uxore
Catharina Austriaca, lectissima Regina, paucis ante annis
Divus Ferdinandus Cæsar cuius pietas summa atque insignis sapien-
tia expressit. Sum abhinc ferè viciniam tantæ Patri dignissimæ
filii Divi Maximilianus Imperator Joh. III. cuius nunquam satis
obitam pro illius divina virtute deplorare possumus, Murioni
alii

alii Principes in Europa, et alibi mortui sunt, in quibus aliquot Pontifices efflux. tum Henricus Prilliam Rex Britanniae, miserabili fato periret, et ejus filius Franciscus II. Rex post hunc Carolus ite IX Rex ejus Frater. Hi paucis interjectis annis diem, suum obierunt nec tamen alij fatidicium sunt iubar Cometes explicuit, quo his de rebus antequam evenirent, mortales admoneret. Proximis superioribus annis multa in Islandia et Hollandia ab Oceano arida afforta sunt, nam haec quoque Cometa accepta referat. Ferraria Nobilissima Urbs, seri ab ignis convulsa sedibus et terra labefacta, motibus hinc tota cum magnificis et sumptuosissimis illius Divoria templis ac publicis aliis privatisq. aedificiis corruit et deformata est, nec tamen ultra tantorum monitorem malorum Cometen vidimus. Sed hujus generis mala poni innumerabilia ex Veteri temporum historia in medium afferre, nullis prope negotiis fuerit. Illam sumat licet, si quis magno eorum Audio tenet. Novis haec satis sunt, quae vel vidimus, ipsi vel videre potuimus.

Verum longis eo quam initio conseruam, dum ostendere conor si exemplis pugandum sit, numero nos, et multorum insignit even, tum copia facile vincere. Quamquam nullum prope exemplum illorum servare instituto potest. Nam si propterea talia, quae come, morarum mala ad Cometen tanquam ad causam suam referri oporteat, quod in illis aliquando tempore incidat, quo Cometes aliquis ardet, aut postquam deflagavit consequat. Videndum est illis etiam atq. etiam ne ad multas, atq. eas quidem perasurdas speculationes senectra perirent. Nam ut alia omitta, efficitur sane hoc modo, ut qd quod sit aut paulo post se, causam edicamus id, quod vel praesens est vel ita pridem antecessit. Sic ortum sit obitum Solis, sic pluviae, sic tonitrua, sic parva, sic iridem sit multa alia eam causam re, rum omnium faciens, quae his intervalis ab hominibus suscipiunt, et sunt atq. adeo quae eis praeter expectationem, aut voluntatem accidunt. Febre aliquis corripitur, aut morbo alio moritur etiam. alij ex alto cadit aut cervicem ex ipso delapsus frangit, dux tenat aut fulgurat, aut propterea aut tonitru, aut fulgur, febres aut coram, quae dicuntur malorum causa efficiens ponenda est. Boetius de eadem abhinc die qd, ut ad me scribit, mulier quidam infantem dum lavat, audito extram domum alterius sui filiolus fletum, accurrit propere, jacentem suam offendit, is in castellum, quem manu gerebat, incubuerat, sed ipse misellus transfixerat, mater dolore amens recurrit ad infantem illico relicto, hunc quoque submersum reperit, superveniens tharibus imposito relictum, hunc quoque submersum reperit, superveniens tharibus imposito, sensui uxorem corripit, verberibus, enecat. Quid multa? Trinum miserrorum obitu conspectu, pateris conspicientia et charissimorum signorum comiseratione furens infelix Pater laqueo collum induit. Prem miserabilem.

Haec via sub eodem tempore, infelix item adolescens quidam, huiusmodi sui uxorem, filiolam item et ancillam, nocte in tempesta obtruncat.

cat, pecuniam, barques, et quae potest auferat, absente marito: qui disce-
dens peregrinatus, istius domi via commendaverat. Hoc tam immani feleris
cognito quorundam tandem compresensit homo perditus et in cariere gi-
citur. Quid multa? Vix ustulatus, percussus, prius candentibus varie lac-
ratus, et cultro longis per dorsum vulneribus a carnifice confectus.
Nam tot prodigiis, horum tanti huius feleris, supplicii tam
horrendi causas ad Cometen referemus? an etiam horum atque alio-
rum felerum, quae ex multis paucis Aristum attingimus, Cometen causa
sufficiunt, et ubi hoc affirmaverint, pietatis tamen Christianae promp-
tores se profiteri audebunt? Quid obstat igitur quin haec mala neces-
sario et inevitabili lege evenire palam sciant, id quod ex eorum consue-
tudinibus efficitur? Atque haec quidem nuper admodum evenierat. Quod
hucusque scripsissem, ecce tibi tertia noctis hora clamores sursum de-
orsumque, cursitantium minorum meorum ac stupidi repente gaudii
absistit calamum, exstiterunt omnes exstinguendo incendio occupatos
offendo, quod sensim ex coquina camino eruperat. Insane si prope-
cto, si Cometen incussem, non cogui imprudentiam, qui nimis la-
culentem ignem accenderat atque igitur adeo Oeconomus mei negligentiam
qui caminum in tempore non iusserit purgari, atque ex eo incendii
materiam, fuliginem detrahi. Et haec quidem via Cometa conflag-
rationem et multa post consecuta sunt. Nam si patet, si salubri-
tas aeris, ut plerumque vaticiniis istis invidia se vel rumpentibus offe-
ret, sequatur, si nulla praeter ea mala istius modi eveniant, quae mirum
si nullis etiam Rex moriatur, et orior, nobis irascant, si non jam
viri et interfecitorem, sed salutiferum, vixque praevalens
rem ac servatorem jure Cometen vocabimus. Cur enim et huius
eventum et horum pellicum, quos antea praecessit, aut signum aut
causam in Cometa putemus? Num perpetuo male tantum
nari vaticinatoribus istis libet, nunquam vero bene? Hoc illi prius
omen in istos convertant hostes. Et quo sane se alia desint, vel
solo perspicui potest, quam vana quam pugnales inter se sint. Et
nec illorum praedictiones, quae re et eventis refellantur. Vixit
a. istos inter se confirmat, nuper emissum magni cuiusdam
gi de hoc ipso Cometa vaticinium: qui prospera portendi scribit.
Bene sit homini bono, dum quod et terreret nos variis calamitatum
denuntiationibus, ut alii, dum quod ostendit in re dubia nihil de
mutatis. Eadem igitur vera et metu nos liberat et vaticinationi
huius vanitatem demonstrat. Liber Italici editus et scriptor, ale-
bris et Anibal Raimundus Veronensis, qui quidem in eo, ut
forte vitio laborat, quod huius luminis beneficio et claritatem
sibi suis usuram, et secundam, neque quam, sibi fortunam pro-
mittat, quam quidem illi evenire opto aliunde: nam sane qui-
dem neutrum igitur. Sed finem exacta iam aetate supra octo

ginta annos natum senem inani spe deludi et quali quali volupta,
se perfrui. Hæc cum ita sint, miror tamen et aliquos, qui si-
dem Astrologis habendam, vanisq; eorum prædictionibus locum quid
cordatos homines ullum relinquenda et idcirco contendit. Valent
contrariis, inter se vaticinationibus pugnet, mutuisq; se, quamq;
istam fatidicam artem vulneribus conficiunt, ac misellæ tot aliis
malis satis superq; vexatum Appellat tam vano sattem ex his
indeciis impendentium calamitatu metu exanimare potuo
desinat.

Ceterum quod ad Poetarum ferriculamenta et quorundam ex
plæ Historiarum attinet abunde satis fuerit, si breviter
ac nude respondeat. Poetas atq; ipsos etiam Historicos ut multis
aliis de rebus sæpe numero, sic de Cometarum quoq; prodigiis ex
vulgi atq; imperitæ multitudinis opinione, populariter, et ex
veritate aut animi sententia scripsisse ea, quæ de Cometarum
eventis tuleris mandarunt. Quod si obstinate negant Astro-
logi, et adhuc testimoniis scriptorum, authoritatibus pugnare
velint, nos illi o satis animadvertunt, in quas se angustias
conficiant. Causa certe superius cadent, si coram aliquo iudice
videm faciant. Nam si hæc provocat nos contra pauculos
Poetas et Historicos, qui tamen ut ostendi, ab iis ostant gra-
vissimorum Theologorum, Philosophorum, Medicorum, aliorum
etiam scriptorum confertissimum agmen opponemus. Sed isto
senferint cum vulgo Poetas, neq; aliter quam cogitabant
scripserint. Eorumna nos authoritati cessuros existimat, qui
toti in nugis et fabellis versat: quorum si placita recipiat,
Dei bene, quæ monstrarum portentosa opinionum habundant
Haruspina, extispicia, somonia, visa, oracula, fatidica ang
et multas aliæ veterum delirationes regnum obtinebunt.
jacebit vera Dei et religionis cognitio, pietas Christiana
vis funditis evertet, tum sensus ipse communis, ac iudicii
ipsius vis omnis node eripiet. Itaq; minime nos illa mu-
vere debet, quæ siue hæc, siue alia de re generis ejusde et
a poetis et ab aliis si qui sunt poetarum similes, memoris pro-
dita sit: nisi cum ratione inspicere malueris, quam pietas
tem et doctorem hominum de natura recte amplecti, super,
Astionis amularum et falsis imperitæ multitudinis opi-
nionibus irretiri.

Quid igitur, inquit, nihil ne penitus eorum, quæ vulgo timeant
maiorum Cometæ, nobis pronuntiare, et præsta talem de
coelo ignem ostendi putas? At o equidem o magis a Comæ,
larum incendiis bella, pestes, Regum interitus, et quæ sunt
generis

eiusdem portendi multo vero minus efficitur quam ab aliis impressi-
onibus, et quia multa variaz, sapre in aere spectat, phaenomenis.
Quid ita? quia eadem e Cometa, ut vosmet ipsi vultis, Peri-
patteticos in eo et Principem eorum Artem secuti; quoniam
arum in coelo flammam materiam, eademque efficiens causa.
In manibus sunt libri Philosophorum, qui hanc ex natura latet
sensum ministerio eruta, ad rationis examen revocarunt, atque
horum nobis celestium spectaculorum causas scienter, quoad
sciri potuit, explicarunt. Atque hi, quos dico Peripatetici
Solis aliorumque siderum insita vi, lumine ac motu, intus terra
recessu, aquarum, profunda permeant, spiritus quosdam,
sive fumos, sive habes, sive major exhalationes eliciunt,
qua calida atque arida cum sint, atque ideo etiam levissima, sur-
sum attollant, in sublimemque illud locum facile evolat.
Haec concipiendis ignibus apta materia cum sit, orbis cele-
stis agitatione proximique ardoris igne (si tamen ulli ibi
ignis est) non magno negotio inflammatur. Quia a. aliorum ignis
species existunt, propter diversitatem et materiam cuiusque, coram
aut parvitate. Hinc illa sapre conspiciunt de quibus Poeta

namque volans liquidis in nubibus arsit arundo,
signavitque viam flammis, tenuesque recessit
consumpta in ventos. Et illud — Cui sapre respice

Transcurrunt, erinemque volatilia sidera ducunt, Caelo.
Apud Philosophos reliquos plura etiam flammam genere
reperias, quam apud Artem, qui quidem flammam, traiectiones
stellarum, facies, capras ex eadem produci causa, ac gradibus
tantum et intentione ac remissione: vel potius ut expressit.
Sed quid illud? quod differre docet. Satis quippe Cometarum
naturam se valent. Constant enim vix ex sicco et calido
terra haustu, ut dictum est. Sane vero obiciuntur aspectui nostro
multa alia in coelo admirabilem ignium forma, habes,
fossae, candelae, sitiones, trabes, dracones volantes, ignes perpe-
tuales, columnae, gladii, lanceae, lampades, jacula, cyperi
turres, nares, crues, et gemini illi ignes, qui Castoris et
Pollucis nomen obtinuerunt, sum ardentes aries, et ignis ar-
ma, de quibus Iulius Obsequens et alii fasces differant. Conspici-
unt fulgura quotannis cum terribili sonitu ac fragore ut alia
quorum natura miracula, quae certe multo maiorem ideo merito
quam cometa admirationem et metum incutiant. Quia n. non
coelestium ignium spectaculis vacat! sed consuetudo moniti

cum admi-

cum admiratione ipsa, ut dixi, favorem quoque minuit, aut profligat
 ademit. Quae tamen via non minus à naturalibus et necessariis cau-
 sis produci solent, quam solis et reliquorum siderum ortus atque
 occasus, quam ipsorum solis Lunae labores, ut poëtae loquuntur, quam
 interluniae, quam aliorum quoque Planetarum varii situs, atque ex-
 cessus eius rotationesque, deorsum profectiones, quam alia spectra
 aut quodammodo, quam nubes, quam pruina, quam pluvia,
 quam nix, quam grando, quam tonitrua, quam fulgura, quam
 fulmina, quam solis et Lunae aëres, quam geminati Soles aut
 plures etiam, Luna item plures, vel ut Graeci vocant *Tragyn*,
Hyx καὶ *Tragyn*, quam iris, quam multa alia, quae videmus
 à natura effici, ex quibus tamen nihil propemodum rarioris est
 rationis. Praeclare Arista. Nemo usque adeo tardus et hebes et
 demissa in terram, ut ad divina se erigat, ac tota mente confun-
 gat, utique ubi novum aliquid de coelo miraculum fuisse. Nam
 quomodo solita decurrunt, magnitudinem rerum consuetudo sub-
 ducit. Ita si compositi sumus, ut nos quotidiana etiam si ad-
 miratione digna sunt, transeat: contra minimarum quoque rerum,
 si insolita prodierint, spectaculum dulce fiat. Huius itaque coelestis
 Astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur, popu-
 lum se convocat ac cum aliquid ex more mutatum est, omnium
 vultus in coelo est. Sol spectatorem nisi cum deficiit se habet,
 et quae sequuntur alia lectu perjuranda, post addit quoque. Deo
 naturate est, magis nova quam magna mirari; Deum in Come-
 tis sit, si raris et insolitis figure ignis apparuit, nemo se scire quid
 sit, cupit: et oblitus aliorum, de adventu quaerit, ignis utrum
 debeat mirari, an etiam timere. Non enim desunt, qui terrant,
 qui significationes ejus praedicunt. Hactenus ille. Immutabili ergo
 et statuta naturae lege haec fiunt, neque eo eveniunt, quo inani-
 mortales metu exerceant, aut quod absurdum est ut bellis, ut pesti-
 lentia ut mille aliis horrendis malis nos misere direxerint. Non
 pro raritas ipsius rei, et nostra insidia facit, ut meticulose
 Superstitionis deorum animi ad infestas praetextas putis,
 quam ipsius rei naturam indagandam esse convertant. Quis qui-
 dem, ut ante ostendimus, et ipsi consentiant, et alia et quam multa,
 rerum aliarum coelestium flammarum materia. Raris a. appa-
 rent, eruntque stelle, quo solo pene nomine istis quam reliqua
 magis suspecta sunt, sed frustra, quia ad eas inflammandas per,
 magnam congeri materia vim et copiam necesse est. Quo sit
 quorum

quorum ut duratioribus sint, et multos saepe menses ardere con-
spiciantur: id quod aliis ignibus & accedit, quorum & & tam cu-
pio sum habitum. Cometarum. tam diu durat, dum tota illa, in qua
concepta inflammatio fovebatur, imensa materia vis et ma-
gnitudo exurit ac perit, absumatur. Finita. ista, et dum
natura, pulcherrimae, huius unius generis compages stabit fiet
suo quodam naturali ordine ac lege. Quid? quod nulla sit
jam dixi nulla inquam, siue ejusmodi spectaculis non de-
ne dies quidem ulli sed eorum nobis conspectu majoris, splendi-
disque, Solis lumen eripit. Jam quod majores minoresque ignes
existant, id fieri ostendimus, pro materia ex terra aquisque
elevata, proque pingui et tenui, varietate mixtura exha-
lationum et quantitate et qualitate. Quocirca ex supersti-
tione puerilique metu profecta est omnis hanc divinationis
ex rei ipsius natura, & disciplina vel sacra vel profana
qua quidem firmis ac veris nitatur fundamentis. Nam
ut sacra propterea attingamus, quid est quod usque in sacris
Liberis memoria proditum, quod de rebus nos observare,
atque ex huius generis inflammationibus, aut omnino ex his
haririolari aut venturas vaticinari calamitates aut pro-
phetiam promittere fortuna jubeat, quin velit nos ita
insanire, gravi et addita cominatione, sed futurorum
Arasque et auctor deus, cuius in Senatu quis sedet? quis
arcanis ejus consiliis interfuit, ut qua ventura sint, lon-
ge ante, quam eveniant, enunciare queat? Praedicti equi-
dem ea & nego posse, quae physice eveniunt, neque aliter
habere, naturae lege possunt, ut. Stellarum ortus et obitus ut
Solis et Luna eclipses, ut ipsas quoque aliquando cometarum
inflammationes, quo magis etiam intelligas, & ut signa
multo vero minus ut calamitatum causa sint, Cometarum
a deo suspensum ex alto, sed ut alia, de quibus jam diximus
incendia naturali quodam ordine ac ratione identidem
existere. Hinc Liberis proditum est, Thaletam, aut neque
quem alium, cometarum ortu multo ante praenunciavisse.
Patrum certe et nostra adeo memoria Apiciam in-
go Stadiensem Mathematicis quem supra nominavi
uno atque altero, nisi fallor, anno antequam oriretur
Cometam visum in praedictis. Idem fuisse dicitur
Jo. Cartio

Johannes Curter, Leonardus Furnerius quoque, antequam arderet,
 hunc cometam exorturum esse pronuntiavit, si ei fidem ad-
 jungimus, de se id in libello suo de cometis gloriose predicant.
 Jam si ex naturalibus causis cometarum quoque ortus pronuntiant,
 naturales certe ignes, non portenta esse necesse est. Portenta
 enim quod ita vere appellantur, contra omnem naturam vim, pro-
 ut graves aliquot causas mortalibus obiciunt. Quod ipsum
 evenire debet, aut Prophetarum aut angelorum no-
 mine homines ante ad eorum expectationem excitantur.
 Sic in sacris historiis aliqua portenta memorantur, quae
 ante praedicta fuerant. De cometis, quid ejusmodi
 memorie mandatum fuit usquam in sacra historia,
 quis usquam vates, quis angelus affore cometam magnorum
 malorum ostentum et causam praedixit? Naturalia
 itaque prodigiosa essentiam non habent, nec vires nec
 effectus. Quo fit ut ea quae ad hominum voluntates
 consilia, actiones pertinent, et aliunde pendent,
 quodve ad prosperam vel adversam fortunam, ad opes,
 ad honores, ad privatas vel publicas calamitates spectant,
 ea, inquam, omnia prudentiae potius vi, recondita, quam
 a solerti conjectura comprehendendi, quam ex meteoris aut
 astris denunciari posse perspicuum videat. Quia hoc
 obiter addo, si quod portentum sive in terra, sive in caelo
 nobis offeratur inusitata ac prorsus nova aliqua species, quod
 nullus unquam mortalium antea viderit, quod omnem intelli-
 gentiam captumque certis atque exploratis, nisi universalis qua-
 dam ratione, et ita propemodum exaudiant, vaticinari
 posse. Nam est, nescia mens hominum fati, fortisque futurae,
 ut inquit ille, nec ulla humani ingenii et doctrinae provideri
 futura certi possunt, nisi ab eo, quem forte deus peculiariter
 fatidico hoc spiritu afflaverit, et ut de sacris vaticiniis legi-
 mus, arcana aliqua patefecerit, de quibus humanum genus
 admoneri velit, praedixit Aristoteles si melior, inquit
 et clarior ignis. Isocrates quoque si melior et clarior, et
 elibet

alibi preleganter. *ἄρα, ἔπειτα εἶνα, ἄρα, ὅτι, τὰ
μέλλοντα προσηγορεύει, ὃς ἡς ὑμῶν ἐνός ἐστιν,
ἀλλὰ τοῦτο ἀπέχουσαν τὰς τῶν ἀπορροίας, ὡς
ἔμπροσθεν ὁ μαγιστὸς δόξαν ἐστὶν ὁδὸν Χωρ, καὶ τῶν δὲ
παπύων, ἐστὶν ὅτι βλαβεροί ἐστιν περὶ βολῶν, ὃ
ἐκείνων γινώσκων ἐιδὸς ἀλλὰ ὑμῶν ἐνδείξαντας, βλα-
βερός, ὅτι τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων
ἐστὶν. Quae cum ita se habeant, non equidem ante fanaticis istis
cometarum cultoribus fidem adiungam, quam se divina volun-
tatis et consiliorum participes factos et ad aeterna illa, atque
ut Paulus scribit, imper scrutabilia dei iudicia admissos fuisse
demonstrent; ostendant igitur prius, si credi sibi volunt, unde
didicerint iratum nobis deum, hoc tam singulare, portentosan-
tissimum n. illa non pernego, in sua signum de caelo supervenisse,
quod idem magnorum etiam suppliciorum, quibus humanum
genus afflictum et perditum sit, causam in se contineat. Quis
angelus hoc tanta eos arcana docuit? Peccata, inquit,
populi indicio sunt, deum iratum esse. Ne hoc quidem
ignoramus, ὃ bone, sed ita non cometa, verum peccata ipsa
irasci deum significant, in eo etiam poenam delictis nostris
debitam sola et tota ferè attrahunt. At non vulgaris illis,
inquit, sed gravioris indignationis divina signa sunt cometae,
quia peccata etiam gravia sunt. Quae aetas, amabo te, quae
natio, quis populus, quis fuit aut est mortalis unquam liber à
peccatis, nunquam certe peccare et variis se inquinare sele-
ribus, dum mundi hic aspectabilis durabit, desinent. Quare
nullus erit cometarum finis, totum semper caelum incendiis arde-
re necesse erit. Non ex cometis, ne quid ignorem, discimus quid sequi
quid fugere debeamus; non in caelo sed in sacris literis nos
clare et discere. Deus voluit, quid cum suis mandatis congru-
quid repugnet, quid eum offendant, quid probeat, quas poenas sele-
ribus nostris, quae recte factis praemia constitueret. Hic nihil
tūc obijci vides posse, ex propriis cuiusque artis principibus agen-
dum esse, ne autem finibus violatis genus transcendere, cum ex the-
logia contra Astrologos pugnem. Sed cur illi quicquid ex sua
arte*

arte in alienam irruunt, et commenta sua sacris oraculis
 stabilire conantur? Libine in se absurda et vana compro-
 bant. ~~Scire~~ licere, Theologia abuti putabunt? proclaram-
 sanē legem et autoribus suis non indignam. Licet profecto,
 licet sicubi artes et disciplinae inter se pugnant, ut huius
 omnis dirimatur, ad certiores eamque superiorem confugere.
 Dei nimirum per Prophetas et Apostolos statutum verbum,
 norma nobis esse debet, ac quidam quasi Lydii lapis,
 ad quem veritas omnis examinetur. Verum longius quam
 institueram, evagat oratio, dum ostendere conor, neque
 ex natura et constitutione cometae, neque ex ullius verae
 disciplinae fundamentis, neque eventis, neque Dei patefactio-
 ne id evinci posse, quod homines leves et stulti, omnibus
 persuasum esse volunt; atque hic quidem non grave doctos,
 pios homines, qui suo se pede metiunt, et a quibus nihil
 sine ratione proficisci verisimile est, intelligere me putem
 velim, quo ego volo et amo, et libenter lucubrationibus
 eorum nec sine voluptate utor, sed ad eos mea pertinet
 oratio, qui, ut est apud Veterem Poetam Ennium.

Non sunt aut scientia, aut arte divini,
 Sed superstitiosi vates, impudentesque haruol:
 Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas impendit,
 Qui sibi sententiam non sciunt, alteri monstrant viam,
 Quibus divitias pollicentur, ab iis drachma ipsi petunt,
 De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera.
 Horum sane levitatem Plato, ut Plotinus docet, indicavit, cum
 eos corporibus exutos post obitum in aëres transmutare
 ait. Eam fortassis ob causam, quod vivi etiam animi in aëre
 volutarent, et ut Comitus loquitur, ἀρροφὰς ὄντες curiosè
 ea inquirerent, in rebus sublimibus, quae falso ibi se reperisse
 in vulgus praeferrent. Quae causa videtur fuisse, ut quod
 Astrologi Alexandriae pendebant, saltorum tributum vo-
 cari solitum. hic n. est apud suidam. Hoc loco commodum
 venit mihi in mentem ejus, quod Suetonii saepe numero audiui,
 ex optimo et doctissimo viro Hadriano Turnebo amico et
 Praeceptore meo, quoties de astrologorum vanitate sermo
 injiceretur. Id postea litterarum quoque monumentis mandavi.

3
Sed adscribam ejs verba, quae nihil vereor, ne grata tibi ac-
cidant, et si paullo copiosius rem persequatur. Sic autem
ille. Nullius rei fere homines majore studio et cupiditate
ducuntur, quam futura praesagiendi, humanarumque animarum
cum praeterita recordanda complectatur, praesentia sensu
usurpet, augurio etiam posterum, et consequens proxi-
mere conatur. Sed vetendum est, ne quemadmodum ho-
minibus immortalitatis irritum desiderium est, ea enim
conditione nati sunt, ut moriantur, ita praesensionem
istam et praesagationem falso sibi promittant, cum sine
Dei beneficiis, quod ante pedes est, vix videre possint. Ea
certe res magna fraudi est et hominibus, religioni, cum
homines improbi partim questu capti, partim, ut credo, ma-
lorum genitorum furis agitati, nostra illa futuri aviditate
ad artificia divinationum credenda abutantur, non huma-
nis tantum legibus interdicta, verum etiam sacris effatus
improbata. Nec vero cessat nefarius ille generis errorem
propagare, sed se interponit et partes suas diligenter
agit, infinitaque genera divinandi et vaticinandi sugge-
rit, et vel nova excogitat, vel vetera renovat, ut illo errore
implicati, nec Deum agnoscamus, nec colamus. Itaque quis
non aegerimine ferat eas tenebras olim salutari Evan-
gelii luce fugatas, ac tot saeculis inter mortuas hae puthi-
mum tempore reviviscere? Quis enim non hodie plus pro-
pe fidei Mathematicis et Chaldaeis habet, quam sacris literis?
Quis non ex hora sua seriem eventuum suorum trahit, putat,
et recte facta et vitia sideribus potius quam sibi adscribit?
Quis etiam quod omnem impietatem superat, eo pro-
gressus est cupidam vesaniam et sceleratam furor, ut horum
natalitiam servatoris nostri describeret, et eum side-
ribus subjiceret, caput nemini non solum sola terrarum,
verum etiam rerum summa pareat. Nos tamen ita domi-
tamur et superamus, ut ejusmodi scelera impunita dimittamus,
quae si superamus, acerrime vindicanda erant. Quanquam
si quid unquam veri praedicerent, ac non omnia impu-
denter mentirentur, ignosci nobis posset, qui eos ferremus,
nunc cum ita e mendacis toti concreti sint, ut prodigii si-
militudo

403
mille esse videatur, siquid aliquando veri us excidat, quid
causa dicemus, cur eis consuli sinamus. (i)quet mihi jurare
de Silino, quo et quanto viro dii immortales? Audivisse
me non magis fidem astrologis istis habendum, quam
hominibus vanissimis et fallacissimis esse. ut n. mihi dice-
bat semel statuas, quantum eis tribuere debeas, quid di-
cam, attende. Tantum abest, ut natus ista hominum e-
venta vite predicere queat, ut ne de anni quidem con-
stitutione et habitu, qui tamen certiores habet vires,
ad verum discernere quidquam possit, preter ea, quae vel
idiotis nota sunt. Nam propter quadripartitas anni
commutationes omnibus notae, non dubitem reliquarum
prope rerum proserensionem eis detrachere. Septennum
quo fidem illis artis experiver, statim anni initio in
Ephemeride, ubi pluvium illi scribebant, ego fidem
notavi; ubi illi tranquillum, ego ventosum, ubi illi serenum
ego nubilum: et eventum observavi, annos, veritate
summam feci utriusque predictionis, ac ne multis par-
tibus meliorem et certiores astrologum repperi, ut scias
qualis illa sit ars, quam qui negligat et irrideat, ar-
tífex propemodum videri queat. Mihi quidem mirum
esse videtur, quenquam hodie eorum esse, qui post anni
superioris predictiones, cui simile aetas nostra non
vidit, frontem suam hominibus ostendere ausit. Totus
ejus anni status, eluviones et inundationes habuit: assi-
duis imbribus agri natarunt, segetes partim merga
interierunt, partim in pabulum eluxariarunt; uva
anni humore et frigore non maturuerunt, nihil ho-
rum ante exitum astrologi viderant. Nihilis spectatio-
eorum hoc anno fides fuit, qui succidate exsuperat, ut
ille humore redundavit, ac ut opinor, ne inoncias
quidem hodie haberemus, nisi servissimum nobis bellum
essent in hunc annum minati. Sed è longo diverticulo
non inamoeno tamen, ut opinor, redeo; nulla igitur
in Cometicis sanctorum malorum vel signi vel causa inest

necessitas, ac ne veri quidem similitudo alia. Itaque vana
et superstitiosa omnis ex eis est hariolatio, atque alia.
Si neget, dicet aliquis hoc saltem concedes, quod philosophi,
quod Aristoteles ipse docet, ventos atque aeris siccitatem a
Cometis effici; nego efficere, indicant tantum et signi non
causa vim habent, quin quoniam ex fumosis halitibus
fiunt, qui siccus sunt, siccitatis effectus non causas dici
oportere, perspicuum est. Quod Aratus quoque indicare vi-
detur, cum ait

Namque parit multos tempestas sicca Cometas.
neque enim Cometa ante existunt ut ostensum est, quam
elata e terra sicca exhalationes aerem repleant, atque
in altum attrahantur. Neque ad unius tantum cometa flam-
mam ventos et siccitates consequi, sed si plures et crebri
appareant, Arist. docet. In eandem sententiam Aratus
quoque dicit cecinit, ut Cicerone interpretatur.

At si contigerit plures ardere Cometas
Invalidas segetes torrebis siccior aer
Juvat reliquos etiam versus adscribere, quibus ille genera-
tionem eorum scite complexus est.

Nam quae prorumpunt natura legibus ultro
Spiramenta soli, si justus defuit humor
Arida per coelum surgentia defuser altis
Ignescunt flammis mundi, expulsa calore
Excutiunt terras et crebro crine rubescunt.

Vides doctissime. Crato, plures esse cometas oportere, qui
ventos atque aeris siccitates non jam efficiant, ut ipsi vo-
lunt, sed ut ego ajo, denuncient? idque nullo plerumque eventu.
Et isti tamen ex uno Cometa nobis non flatus, non siccita-
tes, sed bella, pestes, alias maximas calamitates de coelo
deducunt. At aeris constitutio et vis corpora nostra af-
ficit: afficit sane et tota suo arbitrata fingat et refingat
non tamen propterea evincunt ab aeris una siccitate
diram illam luem invahi atque ad arma furiali rabie
capependi populos concitari, quin contra potius usu venit.
Nam Philosophi et Medici docent, absque his ardoribus cor-
ruptos

404
ruptos venenatosq; fumos, atq; aerem ab illa labe et in-
namentis quibusdam, quae illi miasmata putredinis vo-
cant, expurgari. Quam ad rem venti quoq; magnam vim
afferant, aerem flatu suo commoventes, et si quo forte co-
aluerunt putria corpuscula, dissipantes. Ex quo sane effi-
citur, contra quam vates isti volunt, cometam, si pro-
sertim integrè deflagraverit, pestilentiae causam tollere,
cujus in putredine sita est, ut multi censent, vis omnis.
Nulla autem magis quam sicca aeris constitutio putredi-
ni adversatur. Et observatum saepe fuit, quibus annis
Cometa fulserunt, eos minimè salubres fuisse. Thomas
Erastus magni vir ingenii et doctrinae praestantis duos
annos 1556. et 1558, quibus cometa arserunt, appri-
mè salubres fuisse memorat, in brevi quidem illo sed
docto minusq; quam pleriq; malè feriati opinantur,
profano de Cometae commentariolo. Cuius ego viri senten-
tiam ita probò, ut nulla ferè in parte discedendum mi-
hi ab ea existimem. Tes ut eò, unde egressus sum, redeam.
Hippocrates Medicina parens siccas aeris constituti-
ones salubriores minusq; lethiferas esse scribit. Con-
stat enim putredinis fontem ac fontem esse adversari-
am siccitati humiditatem. Quid? annon illud puerile
ac planè ridiculum videtur? Eò ad bella inquirunt, con-
citantur animi, quod aer aestuosus in corpus se nostrum
sensim ingerit, infnuatq; artusq; omnes perreptat, sicq;
Martiales quasi facies quadam in ipsa cordis penetra-
lia infert; hinc spiritus inflammati mox aestuant, et
sanguinem humanum sitiunt scilicet; hinc furore
corrupti mortales passim cedes spirant: hinc furialis
illa bellandi libido exardescit, hinc studium illud vehemens.

Aere civere viros Martemq; accendere cantu.
O delirationem incredibilem, o ridiculam et futilem ra-
tionem, longè alia est bellorum causa. Inspice consilia
et actiones Principum ac nationum, furores populo-
rum considera, excute mores hominum, vitæq; ratio-
nem omnem expende, refer oculos ad origines et causas
bello-
rum

bellorum civium et externorum, quae nulla adhuc cometa lu-
cente excitata fuerunt et vix sunt tandem multis cladibus re-
stineta, vel quae adhuc ardent, et non nisi cum totius Christi-
ani orbis exitio, si nobis deus non adfuerit, deflagrabit.
Hac qui secum reputet, videbit certè nullo negotio longi ali-
am et inviti et progressionis et exitus tantorum malorum
esse causam, quam fumosos istos cometarum genitores,
terra halitus et levem istam humoris biliosus aut spiritus
aut sanguinis exastuationem. Magnis plerumque consiliis
neque ita temere ut in umbra et pulvere. Mathematici
ociose desidentes sibi somniant et suscipiuntur bella ex-
gerantur, neque furor illi magis quam ratio et prudentia
imperat, praesertim ubi graves multoque usu rerum pollen-
tes senatores consilia sua conferunt. Neque omnes, qui
arma tractant, neque principes omnes, qui bella gerunt, ita
biliosus sunt natura; et si sint aliqui, non ita magnabiles
est copia, quin temporis progressu in magno belli appa-
rata defervescat. Et sanè quantumvis magnam bilis vim
minore labore atque impensis adde etiam periculis detrahet,
quavis, quam ut necessarium sit ad arma concurrere.
Sed non possum huc proterire ea, quae sicut admodum in
eandem sententiam Erastus scribit. Quam felices, inquit,
essent mortales, si à bile duntaxat in Principum cor-
poribus coaccervata, bella omnia orirentur, pauculo
enim rhabarbaro, aut rosarum succo totam hanc pestem
extinguere posset prudens rhedius. hic et ab hominum
cervicibus tantum periculum averteretur, et imensis
pariter sumptibus pareretur. Adde ego, non omnes sua
fronte ac volentes arma corripiant, non pauci invitiissimi
suam aut dignitatem aut ditionem propugnare cogunt.
Id ferè nobis, ne longius exempla arcescantur, cum Turcis
advenit. Quod si Cometes belli causa est, cur non in omni-
bus eundem belligerandi ardorem Studiumque excitat, ut omnes
libentissimi, nemo inviti ad dimicationem descendat, bili-
osus praesertim? sunt fateor alii, quos non patria defensio,
non publica salus, non ara non foci, sed avaritia, odium,
injuria

injuria, ambitio et insana falsae gloria cupiditas, insatiabilis
 quaedam habendi et regnandi libido ad omnem audaciam
 impellit. Sed ne hi quidem sine magno consilio rem
 tantam aggredi et gerere solent, neque verò cum rei bene
 gerendi locus est, diutius sibi cunctandum et novam ex coelo
 cometae atque expectandam lucem ducunt. Nemo
 unquam bellum sine armis et copiis, raro sine pecunia,
 quae nervus belli vocatur, gerere potuit. Nam arma etiam
 et divitias cometes cum animo bellicoso confert? Jam
 si alterius exercitus tantam rationem ducit, et sibi ne-
 cessaria omnia ad rem ex sententia conficiendam
 suppeditet. Cur tam alteri parti iniquus est, ut eam et
 copias et vires et opibus atque adeo etiam saepe fortibus
 animis atque audacia victoria denique spoliaret. An
 etiam perturbationibus cometam distrahi censendum est,
 ut hos amore, illos odio sibi habendos, ob aliquam la-
 tentem causam ducat? his fortitudinem et audaciam
 aduat: illis ignaviam, torporem, timiditatem injiciat? hos
 bilem ardentes, bellicosos, illos phlegmate tardos, inertes, im-
 bellor efficiat? O singularem cometae iniquitatem.
 Verum non libet pueriles has nugae pluribus refutare,
 hoc satis sit ostendisse, multa requiri ad gerenda bella,
 quorum in cometen causa, ut et belli ipsius nisi à pa-
 ram intelligentibus, conferri non potest. Ad id illud quoque,
 quod est à viris doctis firmissimis rationibus demonstra-
 tum, corpora nostra non à cometarum solum crinibus,
 aut barba, aut cauda, sed ne ab ipso quidem coelo, quod
 tamen inferiora cuncta suo complexu continet, aliter
 affici, quam insita ipsius natura patiatur, illud quippe,
 cum universalis quaedam et indeterminata causa sit,
 particularem cuiusque definitum effectum, non nisi ex
 accidenti producere valet. In animos vero nostros divi-
 nitatis quaedamque participes, ipsarumque adeo voluntates, con-
 siliarumque nostra nihil juris, nihil potestatis vel meteoris,
 vel coeli ipsi à natura vel natura ipsius opifice deo
 tributum fuisse. hominem autem, qui futura certe ac

verè pronunciet, nisi instinctu inflatus, divino mirabiliter
ad fiat, non dubium esse, ut antè dictum est, reperiri prorsus
neminem. Restat ut pauca adhuc quoddam de Regum et
Principum interitu, quibus parum equi pro ceteris istis
vopulognavis sunt, repetamus. Quid, cur Reges magis
eripiat cometes, quam de plebe quemvis? an siderum coelique
vis atque aeris temperamentum ad regum magis quam tenu-
iorum hominum corpora pertinet? an ex aliis regum, ex
aliis item reliquorum hominum corpora, diversisque elementis
coaluerant? an aliter concipiuntur, aliter in lucem ex-
eunt? an alium ipsi aerem hauriunt? alii eis nimirum
lucet sol, alia sidera? si vera sint haec, quae de Crinitis
fabulantur, ne miserrimi sunt Reges; quid Reges dico?
ne homines quidem, sed trunci erant et caudices, quippe
in eorum non corpora solam, verum etiam in ipsos quos
animos merum cometa imperium exercet, atque adeo vita
neisque potestatem habet. At major, inquis, horum cura
coelum tangit. Sacrarum quoque literarum monumentis
proditum est, cor regis in manu dei esse. Verè, sed quid
hoc ad rem, qua de agimus? quid hinc efficiunt? nihil
plus canè, quam si ego, item quod alibi scriptum quod
est, reponam. Solem aequè bonis ac malis illucere dei
voluntate. Verum utrumque ridiculum sit hoc locum. Quid
libros ideas, ex quibus haec detorquentur, si antecedentia,
si consequentia, si totam denique orationis oronoplas
consideres, statim intelligas id, quod dixi, nihil illa ad
hunc locum pertinere. At enim delicatiores sunt Reges
et victus ratione utuntur ea, quae idonea sit ad reci-
piendum cometarum effectiones, contra autem promissa
multitudo robustior est, et crassis plerumque cibis sese ingurgi-
tat. Quidere diceres et facietas studiose consecrari, non
serio agere urbanos homines, nisi vultu ad omnem
severitatem composito, atque elato supercilio sesquipedalibus,
ut poeta inquit, verbis haec esutirent. Reges bene con-
ditis ac bonum succum procreantibus cibis misere ^{int} perire,
remiges verò, ut tuus Scalyer inquit, et fabros, et vitriarios
et messoros

et messorum allio, bulbis, cepullis, ulpicis, sale, vino, pipere
 differendos non mori, id verum imprimis est admiratione dignum.
 Sed heus tu, non omnes Reges ita vivant, delicate, ut tu
 tibi opinionis errore fingis, neque omnes iis cibis vescantur,
 qui tantam primum in corporibus, deinde in ipsis quoque co-
 rum animis tempestatem concitent, neque omnes uno co-
 demque sunt vel corporis habitu vel partium tempera-
 mento, quo fit, ut cunctos reges non una vis caloris
 et siccitatis possit attingere. Quin sunt aliqui frigida
 natura praediti, alii hanc sibi intemperiem accersunt,
 dum cruditates aggerunt, alii libidinosa et voluptuaria
 vita sibi malum procurant, aliqui jam senes etiam
 sunt. His omnibus non exitium sed salutem adfert calida
 et pura aeris constitutio, quam cometas efflere volunt.
 Nullum igitur a cometa Regibus malum impendit, sed salu-
 potius est expectanda. Sed fit sane eiusmodi Princeps
 aliquis, qui non aliis cibis utatur, quam qui bilem augant,
 quique inductum a cometa aeris vitare, astum nequeat,
 semper sub dio jacere, solisque se ardoribus exloquendum
 dare necesse habet. hinc certe febris et aarigo potius
 quam belli studium imminet. Ut brevi concludam, nullus
 annus est, quo non alicubi Princeps aliquis aut nascatur,
 aut etiam moriatur, idque etiam nullo cometa apparente.
 Quare nec sunt signa nec causa eorum aut ortus aut
 obitus. Id si fit, tamen aliquando lucente cometa temere
 fit atque ex accidenti, perinde scilicet ut Magnus ille sacertis
 Episcopus Anton. Mirandoulang scribit. / ac si aliquis la-
 vante in balneo, corrumparet. Fiant hoc ex materia
 necessitate, nihil coelo cum Imperatoribus et Regibus: ma-
 gis quam alio quovis est vulgo: negotii est. solum enim
 causa est universalis, quae beneficio motus et luminis
 addunt tertio loco plerique Mathematicorum grege nescio
 quam occultam influentiam / omnia quae sunt in hoc
 mundo inferiore, nullo discrimine alterat et vegetat,
 nullam interea rerum ipsarum cognitionem habens.
 Sed nolo omnia persequi, neque non opera pretium est,

longiorem in re subtili, parumque firmis rationum momentis
subnixam convellendam, orationem confutarem, in quo nimirum
Philosophi consilium sequor, qui ait, ἐνδὲς εἴρας ἐστὶ
ἐνδὲς λόγος ὅτις ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. Atque hoc quidem habui
mihi scato prestantissime, quae tibi responderem, quae ipsa
profecto, cum ad describendum tibi calamum summi, non
fuit animus, tam copiose examinare, atque utriusque nostrum
otio tam intemperanter abuti, sed scribenti, ut sit, aliud
ex alio incidebat. Quae cum perlegeris, fac ut intelligam
quid imprimis improbes, nisi adhuc, quod nolim, non satis
recte vales. Equidem in valetudine tua vehementer con-
turbor. sceterum quod ad Erasti / quem ego virum
illius sane merito magni facio / sententiam de putre-
dine attinet, ea mihi nondum bene perspecta est, me dum
enim ejus hac de re commentarios vidi. Quae de illius
morbo adscribis, vix credas, quam me valde perturbaverint,
eius quae Cardanus de morbo, quem vagum vocat, ante
multos annos scripsit, multa congruunt. Tam multos
ante ~~per~~ flatibus, qui totum corpus ita perreptant, ut eadem
distendant, eamque a musculari etiam sejungant avel-
lantque caloris innati imbecillitas, difficulter discutiet in
illa praesertim aetate inclinatione. Sed confido tamen fore
ut vir vita digniss. sanitatem recuperet, quod votis omnibus
a Deo exspecto. Hieron. Mercurialis praestantissimi Phi-
losophi et Medici Patavini opinionem non probor, si
nullam esse pestem affirmat, nisi cum ab aere pesti-
lentibus seminariis, putridisque miasmatibus corrupto atque
inquinato humana corpora inficiuntur, lethalemque
labem hauriunt, penitusque in viscera recipiunt. Re-
gnare item cum ratione videtur id, quod nisi fallor, do-
cet, non esse pestem istam, cum pauci extinguuntur et non
sola urbs ac provincia aliqua integra funeribus repletur.
Nam etiam sine aeris corruptione, et si non ita passim,
multi tamen possunt, malignos humores cogere, qui pu-
tre facti veram pestem in aliquo gignant, quae deinde pestis
particul.

407
particularis contagione ad alios serpente, pestem absolu-
tam et universam efficit. Morbi enim genus, et vim atque
essentiam, non egrorum aut intereantium multitudine
aut paucitate s. numerus n. substantiam non constituit. s.
sed ipsius morbi proprietatibus perpetuisque causis aut effe-
ctibus metior. De qua re tota rectius equidem judicare
possem, si tuos de putredine libros, quos jam ante XX. annos
publice litteratis promissisti, tandem aliquando videre possem.
Quos quidem libros, ut non sine multorum tui cupidorum
jactura nimis diu premis, ita Philosophia ac Medicina
studiosi possunt à te suo quodam jure efflagitare. Vale,
meus, ut facis, amo. Ex solitudine mea Pascovia
apud Moravos, pridie Cal. Mart. M D LXXVIII.

Handwritten text, likely a letter or document, written in a cursive script. The text is faint and mostly illegible due to fading and the age of the paper. It appears to be a single paragraph or a series of connected lines of text. The ink is light brown or tan, matching the aged paper. The handwriting is dense and fills most of the page area.